

Nobilissime & Amplissime vir S. & O.

Hospes Philippus antiquum obtinet.
 Moras nequit, nec iis, quibus accessit pedibus, discedere parat. Factus est ex plumipedes, sit venia verbi, plumbipes: & sic pennatis in plumbeos versis, tardius abigitur. imò si addere licet, sentit se agrius dimitti, & aliquantulum foveri. Natura quidem ipsa, approbante medico, viam videtur indigitare, qua expelli feliciter possit, per poros scilicet, dum ad sudorem inclinat. Verum quia hanc Philippus molestam nimis iudicat, non sine molestia ad eam persuadetur. Radices quasdam cerevisia tenui decoquendas prescripsit medicus, qua bis de die sumpta, reliquias morbi sublatus iri cum ipso speramus. Summus rerum omnium moderator Deus filium valetudini pristinae, & parenti optinis, ac fratribus omnibusq; amicis salvis brevi restituat. quod animatus precatur

Pouderoja $\frac{5}{15}$ Stbus
 1647.

Nobilitatis tuae
 obsequi antequam

Johannes Lampe.

[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to its lightness and orientation.]



[Faint, illegible handwriting, possibly bleed-through from the reverse side of the page]

Mijn Heere

Mijn Heere van Zijlichem
Raet ende Secretaris van zijn Hoogheijde
In den

Stage.

Port.

